



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum Concionum

Paoletti, Agostino

Coloniae, 1677

Altera Pars. Accepit autem omnes timor.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

per apertos habet, ut videat quid agant vicini, sed caecus est, ut attendat quid agant filii, *Incuria sui curiosum in alios facit*, dicebat S. Bernardus. Et dum curiosi conveniunt, nullus est cuius vitam & mores non examinent. Et quod peius est, ad infortunia miserorum exhilarantur, & ad prosperitatem fortunatorum contristantur, si obviant amico, vice salutationis, quid habeat novi querunt, si respondeat se nil nescire, repliant, vidi non neminem in foro discurrentem cum exteris, absque dubio aliqua nova habebat. Audi vi bella jam incipere, talem Principem conscribere milites, verbo, novellis vivunt, novis nutiantur, & pascuntur.

Cur non estis potius curiosi, ut sciatis in quo statu sit anima vestra. Num in statu salutis vel perditionis, vel quam actionem meritoriam, gratiam, vel magis, vel minus gratiam praestare possitis? de hac sancta, & laudabili curiositate nec vos cogitare credo. Quantum illa vobis noceat, tantum haec vobis proderit. Et si hucusque in hoc detestabili defectu fuistis rei, deinceps vos emendate, & quiesco.

ALTERA PARS.

Acceptis autem omnes timor.

16. **P**opulus curiosus tam rarum prodigium resuscitat filii viduae videas, timere incipis, forsitan quia curiositas tandem in miseriam migrat, esto per divinum privilegium haec turbis non evenirent. Hanc veritatem Poetae docent. Ulysses ut per longum tempus fluctibus per mare agitatus fuit, tandem ad aulam Aëoli Regis ventorum appulit. Humaniter ab eo exceptus fuit, & per aliquot dies in aula tractatus, Ulyssi valedicenti Rex in sacco ventos conclusos dono dedit, ne undas maris turbarent, & ille feliciter cursum itineris absolveret. Ulysses saccum accepit, & in loco sequestro navis recondidit. Illo dormiente socios curiositas incessit, videndi, quid in sacco esset, cum enim esset muscus Regis, nisi tati, & pretiosi illo contineri censebant. Saccum invenerunt, curiosè aperuerunt, mare turbant, undas fluctus inverteunt, & ita navem concusserunt, ut milles in periculo submersio nis essent. Timebat Ulysses, atrepidabant navigantes, & nisi fuissent nauaræ, & naucleri expertes, omnes fuissent submersi, & iure causam curiositati attribueret potuissent.

17. Quid dicemus de Actæone? hic juvenis

venationi valde deditus erat, & dum quadam vice canibus consequeretur feras, prope fontem aliquem venit, in quo Diana cum aliis Deabus per ritatem se lavare solebat. Actæonem invalida curiositas eam videndi, & inter frondes, quæ dumeta absconditis ne videretur, Desis lavantes observavit, ejus male contigit, ut à Diana videretur, quæ indignata in certum eam mutavit. Canes ut eam viderunt, feramque putarent, ejus jugulum petierunt, & ungibus discerpente occiderunt, hic fructus fuit lux curiositatis. Hæc sunt fabulæ N, quas fluxerat Poetae, ut docerent homines curiositatem velut causam plurimum infortuniorum fugere.

18. A fabulis ad historias transfegimus. Aristoteles, dum satis facturus curiositatis motus maris Euripi in vestigare non posset, in illud se precipitem dedit, Similiter Phium se precipitavit in voragine montis Vesuvii historiae referunt. Thales ille Milesius media nocte in platea, capite erecto, oculis fixis, mente composita caelum serenum contemplabatur, ut ex curiositate sciret dispositionem Planetarum, motum sphaerarum, numerum stellarum, velocem cursum primi mobilis ab Oriente in Occidentem, motus inferiorum orbium ab Occidente in Orientem, conjunctionem Planetarum, eorum oppositionem, an se respicerent per triam scilicet an quadratum, an in puncto summo ascensus, vel imo descensus, an versus Septentrionem vel Austrum. Considerabat in firmam faciem Zodiaci, lineam eclipticam, per quam continuo ambulat Sol. Observabat duos tropicos, duo æquinoctia, constellationes, quæ sunt in polo Boreali, velut Ursam majorem, & minorem, Andromedem, coronam Ariadnæ, Boötem, Biscolum, canes Sirei & Phocionis, mirabatur signa Australia, nempe libram, scorpionem, navem Argi, &c. Et dum his curiositatibus intentus, inopinatio movens gressus in fossam incidit, cum aliquo suo damno. Hinc ab ancilla doctus, & reprehensus fuit: Bene apparet, & Thales, te cerebrum alio delinasse, curiosus spectas caelum, nec vides pericula, quæ tibi in terra immincent. Thalesi sunt tales similes, qui curiosi alienas actiones observant, esto longe absint, nec vident proprias, quæ domi contingunt, hinc contingit, ut in foveam adverstatis, & miseriarum cadant.

19. David tantus sanctus, & Rex in gubernando adeo prudens, ac in observatione præceptorum divinatorum tam accuratus, quid quæso

in caelis fuit, ut offensionem Dei incurreret, arque in
 adulationem cum Bethsabee, & homicidium Uria
 committeret? Regem in sua aula & Bethsabee, quae
 in hoc obambulat, videndi cum curiositas
 vultur. Ex hoc ejus miseriam ortum duxerunt,
 & illi, si poenitentia illa errata non diluisset.
 Hic dicit sanctus Pater Augustinus: De longe, vi-
 dit illum David, in qua capere est: mulier longe, li-
 bero prope aliterat, quod videret, in illo quod eade-
 ra. Et S. Ioan. Chrysostrum curiosus lapsus
 Regis proponens, ait: Audiant curiosi, au-
 dient qui spectacula infantum Theatralibus; Da-
 vid talis, ac tantus lesus est, & tu te putas non posse
 laedi. Et ille quidem non vidit meretricem, sed bene-
 ficiam suam in solario domus sua, tu autem in
 Theatro, ubi tanta sunt corruptela: tanta praecipit
 curiositas ante lapsum.

20. Scite vellem cur Deus sanctum Petrum in
 triplicem abyssum negationum labi permisit.
 An non antea dixerat: Etiam si oportuerit me mori
 tecum, non te negabo? An non antea promiserat,
 Tecum paratus sum in carcerem, & in mortem ire?
 facit optime ante in horto demonstrabat, ubi
 ad defensionem sui magistri gladium arripuit, &
 ferentis opposuit. Cur ergo jam tam infelici-
 ter cadit? Causa anathemizare, & jurare, quia non
 novi hominem illum.

Audite quid dicat sanctus Mathaeus: dum ex
 horto Olivarum fugeret, & sequeretur magi-
 strum usque ad Palatium Pontificis, gestibus
 curiositatis incedebat: *Sequebatur à longe ut vi-
 daret finem.* Curiosus scire volebat, quo Christum
 deceret, cui tribuisti cum fissent, quid cum
 exiret, quis eum examinaeret. Curiositas
 causa hujus lapsus fuit. Puto Simonem Pontificis
 curia ingressum non Christi gratia, sed curiositate
 quadam ductum, quo scilicet iudicii formam, &
 quibus modis Christum acciperent hostes illius.

21. Non minora infortunia feminis ob cu-
 riositatem contingunt, duas opiniones referunt
 Scriptores facti circa locum, in quo Eva à serpen-
 te tentata fuit. Nonnulli serpentem paradisi
 intrasse putant, alii, inter quos Rupertus Abbas,
 serpentem id non fuisse autum putat; sed foris
 ad sepe accessisse, & Evam curiosam ad sepe

illam perduxisse, ut loca remota à paradiso vide-
 ret, imò se inclinasse sepi, ut qualis esset regio
 obleret. Serpens ergo ad locum adserpens,
 cui inibat Eva, capere exiit, occasionem que
 loquendi cum ea sumpsit, verbisque eam dece-
 pit, & fictis promissis ad transgressionem præ-
 cepti divini induxit, ob quam tam ipsa, quam
 ejus postea humanas miserias haereditavit. Mu-
 lier, verba sunt Rupertus, corpore, & oculis vago, Rupert.
 dum continenter deambulans forte prospiciens, Abbas a-
 gnalis extra paradysum mandus esset, & dum ser- pud Paul.
 pens, utpote astutus dulcedine terra illius proprius, Aresi t. 1.
 & ambrosius inibat; locus Diabolo datus est, & de vitis l.
 occasio breviter porrecta, unde tentaret Evam. 6. imp.

O maledicta curiositas, quot malorum fuiti
 causa & origo.

22. Quodnam putatis fuisse gravius crimena
 patrum ab uxore Loth, dum cum marito pro-
 ficiscens, ad montem Segor in medio itinere à
 Deo punita fuit, & versa est in statum salis Dio-
 nylius Carthusianus illud fuisse curiositatem ait:
 Circa ingressum in Segor antiquam urbem illam Dionys.
 intravit, ex inordinata curiositate respexit, ut vi- Cart apud
 daret quid accidisset Pentapoli, illi accinit S. Pro- Ioan. Hay-
 sper. Vxor Loth statua salis effecta, exemplo fatuus som. 2. in
 conditis in proposito sancto, quo tendunt proficien- Gen. ubi
 tes, noxia curiositate retro non debere respicere. v. 334.

Miseria, quibus involuta fuit Dina filia Ja- D. Prop. l.
 cob, ob curiositatem, quando percingens ad ci- 10. de pra.
 vitatem Salem Sichimitis subiectam formam & pro. c. 6.
 vestium Regionum illarum videte voluit, om-
 nibus nota fuit. Tentorium ait Lippomannus,
 paternum egreditur, curiositate adducta ad con-
 templandum habitum, & mores mulierum regionis
 illius, & ideo periclitatur de castitate. Ergo
 fugite curiositatem, & ite in
 pace.



Handwritten text in the right margin, possibly a library or collection mark.